



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

De accusationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

244 nuberet, ei vsusfructū fuisse auf-
rendum. vtique qui haberet quod
sibi imputaret, qui commiserit
post noui statuti publicationem,
quod ita per eam præmiaretur.
quod non idem obtinet in perfe-
cto iam negotio, factōque illo,
quod noua lex ita perstringit.

Quod autem dicitur leges cir-
ca testamento quidpiam præscri-
bentes obtinere debere in illis,
qua post illas sunt, sanè intelli-
gendum est; in quibus inuenitur
ratio ipsa legum, qua si cessauer-
rit, leges ipsæ cessant. Euerard. in
loc. à cessatione rationis, à lege cessa-
nte, hic autem ratio cessat in eo, qui
nupsit ante edictum, & cui libe-

rum ius plenē erat acquisitum, vi-
liberè adeo possit de bonis dispo-
nere, cùm cesseret d. referatio: vt
diximus. in eo autem, qui post
edictum secundò dubit, non cef-
sat ratio legis; factum illud perfe-
quentis; & ex conditionis exiften-
tia reservationem imponens.

Accedit, quod edictum dif-
ferte non renouet authenticam la-
crum. C. de secundis nuptiis, à consue-
tudine quam diximus, exclusam;
& tantum vetet vitrificis, aut no-
uercis, ex bonis prioris coniugis
bene fieri; non autem liberis se-
cundi matrimonij: vt hic acci-
dit.

LIBER QVINTVS

De accusationibus.

RESPONSV M. I.

De carceratione, & deten- tione clericorum.

^{1.}
Consulto
facienda.

Vam tardo pe-
de procedendū
fit ad capturam,
& carcerationē
clericorum, sa-
tis declarat Bo-
nif. VIII. in c. si
clericos. de sent. extom. in 6. & Conc.
Trid. s. 25. c. 6. & diximus in Con-
sult. can. de accus. consult. 2. & 4. De
relaxatione autem, eo/dem quoque
clericos, inquit ibid. Bonif. si de pa-
rendo iuri, tibi fide-iuroriam d. derin-
cautionem, detinere non debes: nisi ex-
cessus enormitas, vel alia causa rati-
onabilis, eos suaserit detinendos. excels-
sus ergo enormitas detentionem
permittit. & enormitas quidem
Iudicis censurę relinquuntur. Spi-
gel. in Lex. v. enorme, sed Concilium
Trid. pressius stringit d. c. 6. in

^{2.}
Ob excel-
sus enor-
mitatem.

^{3.}
Arbitrio
iudicis?

verb. in atrocioribus delictis, depositio-
nem aut degradationem requirent, rōba
vt grauissima tantum criminis spe-
care videatur. præter crimen in-potentiā
continebit, de qua in decreto de genitū
concupinarijs, sedicet c. 24. s. 25.
non ergo in criminis simplicis for-
nicationis, ut decidit Rota apud ci-
tos à Barbos. in Collect. DD. ad Can.
Trid. d. c. 6. n. 40.

Rationabilis etiam causa deten-
tionem permittit: & hæcad cen-
suram etiam Iudicis pertinet. & dicta
exempla dari possunt qua pro ex-
ceptionibus, quando relaxatio car-
cerati fieri non debeat, adseri-
tur à Menoch. in arbit. cas. 309. n.
23. & seqq.

Loquitur autem d. 6. ejdem de
captiuis, quorum adhuc causa agi-
tur. in verb. de parendo iuri &c. nam
postquam fuerint de criminis ca-
nonice condemnati, sub arcta cu-
stodia detineri debent. cum in
monasterijs non valeant custodi-
ri. ita c. ut fama. X. de sent. ex-
commun. & crimina non debeat
manere.

manere impunita. *Ibid.*

Quare et si in summo gradu non fuerint atrocia crimina, ob quae clericus sit incarceratus, & periculum sit ne fugiat, & iudicium eludatur; ut considerat Trid. d. c. 6. & d. c. si clericos & fragilis cautio videatur, quando videtur impo- nenda poena corporis afflictiva; arbitrio Iudicis relinquenda vide- tur, an relaxatio facienda sit. restringendum est tamen arbitrium, quantum fieri potest, ad terminos iuris communis, qui etiam hoc in casu fideiussoribus reos committunt. l. 1. 2. 3. D. de custod. & exhib. reor. l. eos. §. super his. C. d. appell. op- timè deducit Menoch. d. cas. 303. n. 17. quanquam à communis contra- ria permittat non recedi. n. 21. & seqq. & sic constitutione regni Neapolitani relaxantur sub cau- tione fideiussoria accusati de cri- minibus, quæ, si vera forent, non vltra relegationis poenam infer- rent.

Sed hic queritur an clericus iam per sententiam relegatus, ab illa appellans, retineri debeat in carcere, donec probetur vel im- probetur sententia? & quidem lex inter panas. §. praesides. D. de inter- dict. & relegat. in deportato, de quo ad Principem scriptum est, vt æ- stimet an sequenda sit sententia; medio, inquit, tempore dum scribi- tur, iubere eum (præses) debet in car- cere esse. sed deportatus mortui loco est. l. 4. §. si deportatus. D. de bon. libert. deportatio Romanis infar- mortis est, & ultimi supplicij. §. publicorum. Inst. de publ. Iud. ideo- que, vt nec morte afficere ciuem Romanum, ita nec deportare præ- fidibus ius erat. d. l. inter princ. re- legatio autem minor est poena. l. capitalium. §. in exulibus. D. de pan. Spigel. post Budaeum in Lexic. v. rele- gat. & in verb. peregrini. nam rele- gati nec libertatem, nec bona amittunt. l. 4. D. de interdict. & re- legat. tametsi Iudex partem bono- rum eis per sententiam adimere

poffit. d. l. 4. in fin. vt in clero ablatio beneficij esse infra, non supra poenam relegationis videa- tur. & sic non eadem est causa re- legatum, quæ deportatum in car- cere retenendi, cum poena vna mortis censeretur, non altera. adeo- que inæqualitas delictorum sup- ponenda sit, vt non quod in hoc obtineat & in illo, deinde non idem in appellatione, quod in deportatione illa dicendum. quia ibi Prin- ceps consultus de damnato, mox reſcribere potest, quod mox ex- quendum sit. & sic in damnatis d. c. ut fama confessis, notoriisque reis. §. l. 3. verbo constet. D. de custod. reor. carcer obtinet: cuius poenam appellantes, quorum causa per ap- pellationem illiquida, & ad statum litis contestata reducta diu durare potest, non sic æquum est hanc ipsam carceris poenam ante sup- plicum sustinere. l. 3. in fin. D. de custod. reor.

10.

Siquidem carcer inuentus est ad custodiā, non ad poenam. l. car- cer. §. solent. D. de pan. tametsi iure canonico etiam pro poena infligi- tur, sed damnatis. c. quamvis. eod. in b. carcer antea nihil poene, præ- ter custodiā, debet habere. l. 1. C. de custod. reor. vt luce solari cap- ti debent vegetari, *Ibidem*. non carcer subterraneus esse, non vin- cula, & compedes reis iniici. *Ibid.* nisi ex rei enormitate: cuius cen- fura, qualitatisque carceris, & compedium ad Judicis arbitrium pertinet. Menoch. de arbit. cas. 305. vt & nonnumquam captiuus pro- hiberi potest, ne cui loquatur, aut scribat. Greg. Lupus. l. 6. tit. 29. p. 7. gloss. fin. sic statuta eccl. prouinciaz Mechliniensis ad captiuos acce- sum non faciunt, antequam per- sonaliter examinati fuerint. sed iusta huiusmodi prohibitionis cau- fa esse debet, non in modum poe- næ ante damnationem imponi.

At iam hic damnatus ad ex- ilium, custodia opus non habet: sed neque damnatus est ad carce- rem,

X. 3. 11.
Quid de
misso in
exilium?

cerem, ut poenæ loco in illo esse non debeat, controvèrtitur quidem, an quis de crimine inquisitus, ob quod relegari debeat, carcera-
ri, & detineri debeat? Salgado de
protect. reg. p. 2. c. 4. n. 166. 169.
21 r. in fin. 212. p. 1. o. 2. 9. 3. n. 15.
& seq. p. 2. c. 4. n. 158. 159. Farinac.
de carcerat. quest. 33. n. 38. 55.
& merito: ne fugiendo, tergiuer-
fandoque iudicium fortè eludatur.
quamvis aliquiu qui sic fugit, ip-
semet quasi voluntarium exilium
præsumit. tamen cum in exilium
damnatus est, eludi iam amplius
per fugam iudicium non potest. &
fuga ipsa pro exilio, & quasi execu-
tione sententia est. cui enim iā
boco ad exilium damnatum ludex
à quo contendat detinendum esse
in carcere, ne exulet? Nisi forte
vt carceris tædio beneficium re-
signet clericus, aut liti renuntiet?
id quod Iudices inducit in la-
queum censurarum. Clem. mult. de
pen.

Quod ergo relaxatio ad arbitrium ludicis pertinet: Menoch. d.
casi. 303. Farinac. d. c. q. 33. n. 71.
72. 73. iniquum sanè videbitur
plus poenæ per carcerem lite aut
appellatione pendente imponi,
quam per sententiam sit imposi-
tum, aut imponi petatur: idque
ab eo, qui candem sustinet &
quam esse, & in rem iudicatum
abiuisse, aut saltem confirmandam
esse.

Itaque ut carcerari, ita nec de-
tineri debent clerici, nisi enor-
mitas criminis, aut rationabilis causa
suaserit. & tam secus detinens pe-
riculose peccat, quam incarce-
rans. de vtroque d. c. si clericos
agit, & comparare videntur verba
eosdem quoque. Vid. Farinac. & quos
citanimus d. consult. 2.

Adeoque cum Iudex, à quo pro-
vocatum est, ex delictis impositis
iam vidit reum non nisi in exilium
damnari posse, & is sub fide... iusfo-
ribus petijt relaxari, emittere eum
debet: multoque magis iam dam-

natum ad exilium retinendum
contendere non debuit: ideoque
per sententiam dicendum vide-
tur reum *fuisse*, & esse relaxandum.

Neque Judicem à quo excusat
quod reus non sit prosecutus co-
ram illo petitionem relaxations, Relega-
prosua
cita
officio
xvi
R. de cuffed.
reor. Instrucción criminal quam citau-
mus d. consult. 4. & reo appellante
vti confilio proposito in cap. sā
ludice de appell. in 6.

Dixi, *fuisse*, & *esse relaxandum*,
feu excarcerandum reum; velo
quitur rescriptum. si enim de præ-
senti tantum excarcerandus dicatur,
& de præterito nihil *fuisse*
peccatum; controvèrsia non exi-
guia est an causa principalis non
manferit apud Iudicem à quo, ex
d. c. si à Iudice; & clausula rescrip-
ti cum annexis, totoque negocio prin-
cipali non sit interpretanda secun-
dum ius, c. causam. de rescripto adeo-
que tantum obtineat prout iuri, 14
cum scilicet corrigitur sententia
interlocutoria Iudicis à quo, in
qua re diffidere videntur Ruinus
conf. 114. n. 2. 3. & Marchesani de
commis. 1. p. c. 21. n. 22. p. 2. de com-
mis. & null. c. 1. n. 40. quando au-
tem interlocutoria corrigitur d.
clausulam totoque negocio principali
non controvèrsia est, non contro-
vertunt partes, vel eo casu in prin-
cipali causa delegatum fieri Iudi-
cem competentem.

Animaduertendum est autem
sanctione Clementis VIII. 1600,
incip. Ad tollend. super controvèrsijs
iurisdictiōnibus dum appellatio-
nem ab incarceratione permittit,
vti verbo *indebet*, non *nullum*,
adeoque si quid minus ex formula Ca falso
apicum iuris decretum esset, iusta
tameo esset causa decreti, cellulare
nullitat is querelam: ex Clemente
VIII. conf. Incip. litum, sed ersi ob. ini-
seruatis formulis, satis gravis ta-
men causa non subsistit; fit indebita
incarceratio. vt cum non satis
magnus est excessus, & qui non
merca-

Carcerari
detineri
quam pa-
ria, & in
elericis ve-
titia, nisi sit
criminis
enormitas
aut ratio-
nabilis
causa sub
periculo
censura.

meratur incarcerationem, & sic
bene hic petitus est, non ut incar-
ceratio declaretur nulliter facta,
sed persona excarceranda: saltem
sub fide-iussoribus.

16. *Vt* quamvis initio iusta fuerit
causa incarcerandi, iustumque
decretum; & postea non probatis
criminibus, vel non grauissimis,
aut ex temporis diuturnitate desi-
nat esse iusta detentio; rescripto
locus fiat, & excarcerationi, & sic
Trident. s. 25. c. 6. magis vtitur
vocabulo detentionis, & custodiae,
quam carceris. quam & decent-
tem esse iubet pro dignitate cler-
ci, alioquin sit indebita, & locus
est excarcerationi, saltem quoad
modum, seu decentiam, sed verò
hic simpliciter, cum nulla custodia
amplius sit opus eius, qui in exili-
um est missus. & cestante fine
cessent media. Euerard. in loc. legal.
ad fin.

Itaque sentio apprehensionem,
& incarcerationem, ex arbitrio &
decreto Judicis factam; validam
fuisse: reum tamen exinde fuisse
relaxandum, & esse.

RESPONSV M II.

De translatione captiuorum.

Super translatione captiuorum
criminalium Clemens VIII.
anno 1600. const. inc. ad tollend. su-
per controverfis iurisdictionibus de-
creuit ar. 10 his verbis: *Causa ap-
pellationis pendente, appellans in eodem,
quo repertitur, carcere permanebit, quo-
ad Iudex, ad quem appellatum est, vici-
tatis, & causa cognita aliter decreue-
rit, recedi hic nonnihil videtur
à veteri iure, quo captiuus mitte-
batur ad superiorē, ad quem ap-
pellauerat, non exspectato super-
ioris decreto. tit. C. de exhib. &
transmittendia reis. l. 6. §. super his. l.
minime. C. de appell. vnde & illud
in actis Apostolorum c. 25. Fe-*

sti ad D. Paulum, *Cesarem appelle-
asti, ad Caesarē ibi: & c. 27. cum cen-
turione Iulio, & custodis missus
est in Italiā: humāne autem
tractans Iulius Paulum permisit
ad amicos ire, & curām sui agere.*

Itaque multo magis audiendus
est Reus translationem petens,
eamque suscipere offērens non
tantum suo sumptu cum custo-
dīs, iudici arbitrijs; sed etiam
pede ligato, siue cū vinculis: quod
ius nō admittit, nisi tamen captivi
clericī violentia hoc exigat, nec
aliter. *c. 27. fama. in fin. X. de sent. ex-
com. quanquam fideiūssores tan-
tum exigant d. §. super d. l. mini-
me. & Ordinarius ad sumptum te-
neri interim videretur. Choppin.
de sac. pol. l. 2. t. 5. n. 15.*

Sed & d. sanctio loqui magis vi-
detur casu quo ab incarceratione
tantum est appellatum, nondum
autem definitiū pronuntiatum.
at hīc post deuolutam causam in-
carcerationis, pronuntiatum est in
causa principali; & Reus pastora-
tu priuatus est, & in exiliū missus.
Itaque eius custodia vel præsentia
deinceps nihil opus est Iudicii &
quo prouocatum est, qui nihil in-
terrogandum, aut cum eo tractan-
dum amplius habet; iam officio
perfundus: sed de num Jūdex ad
quem est appellatum.

Decreuit porro d. sanctio, vt
reus in priori maneat carcere, do-
nec superior Iudex aliud iusserit;
sed vt nec is iubeat aliud, nisi vi-
sis, inquit, *atius, & causa cognita.* ta.
videnda ergo hīc sunt acta, & cog-
noscenda causa; an captura rite fa-
cta sit, præiūs sufficientibus indi-
cijis (quam Trid. s. 25. c. 6. vocat in-
formationem, fine qua est captura
irrita. *German. Forges de person. eccles.*
l. 1. c. 42. Myns. cent. 5. obs. 69.
quamvis Romæ ex sola relatione
satellitis Iudex clericum aliquan-
do incarerat. *Ant. Scorpis l. 5. in-
ris non scripti c. 13. n. 37.)* & an pro-
cessum sit ad illam seruata
formac. qualiter & quando. *X. de ac-*

X 4

cus.

1. Fieri non
debet nisi
superiori
decernet.

2. Secus qua
olim.

*cus. à Concilio Trid. s. 24. c. 5. inno-
uata: & si nihil appareat in forma
peccatum , an aequitas tamen car-
cerationi nō aduersetur, ex causa,
vt si crimen non sit enorme d. o. c. s.
25. Trid. o. si clericos de sent. e. & c. in 6. &
grauorem poenam exigens, quām
lit ipse carcer, & reus aduersus in-
dicia, seu summariam aut p̄r̄pa-
ratoriā informationem testes
producere prō sua innocentia
velit.*

*Enim uero et si acta videri, &
caſam cognosci velit ſanctio, an-
tequam ſuper translatione qui-
piam decernatur; vt delictorum
impoſitorum grauitas, veriſimi-
litude, transferendique neceſſitas
expendatur: tamen cum h̄c inte-
rim iudex à quo proceſſerit ad de-
ſinitiuam; & poenam impoſuerit
carcere mitiorem; cefſat neceſſi-
tas videndorum actorum, cūm
iudicis ſententia illius confeſſio-
nem inferat, vt cefſare poſſit car-
cer in eo, qui tam grauem poenam
non debet exſpectare, quām ſit
ipſe carcer. l. 1. 2. 3. D. de cuius. reor.
neque enim remedia morbis de-
bent eſſe grauiora, neque media
perueniendi ad punitionem, ipsa
punitione.*

*Lite autem principali penden-
te, cum ſuper decreto vel execu-
tione incarcerationis tantum ap-
pellatum eſt, non eandem ratio-
nem habet translatio; quippe iu-
dex prior habet adhuc quod reum
interroger, audiat, caſam instru-
at, ac ritè definiat. eoque merito
ſanctio ad eius translationem actor-
um inspectionem, & decretum
exit superioris.*

*Quibus nō
ita opus
post cauſe
principalis
definitio-
nem*

*De ſcismaticis, ſeu de ſedi-
tiosis, & qui plebem col-
ligunt.*

RESPONSVI.

*Ad priuilegia communia de-
fendenda an licet conciuiū
auxilium implorare.*

I Vre prohibutum eſt coetum fa-
cere, plebem colligere, clamo-
ribus concitate, ad ſeditionem p̄-
cendere: ita quidem, ſi dolo ma-
lo haec fiant, nullum enim deli-
ctum eſſe intelligitur, vbi abeſt la-
tio dolus malus, vnde licet religionis mo-
rauia coire l. 1. D. de collegi illis, finis
deca
are campon populum conuoca-
re, commonere ad poenitentiam,
& vitam meliorem. & propterea
lex qui caru. D. ad legem iuliam de vi
publ. qui caru, inquit, concorſa, tur-
ba, ſeditione incendium fecerit, pugna
hominem dolo inclufit: dolum
malum exigit, & titulus vim pub-
licam ſeu fiuum coetus concur-
ſus, aut turbæ malum, titulus ve-
ro Codicis, de ſeditiosis, & de hi quā
plebem contra rempublicam aduentu-
rare, notabiliter addit, contrarem
publicam: & lex capitalium s. foli. 5.
D. de pan. turbulentas acclama-
tiones exigit: & lex l. D. ad legem lu-
liam maiest. tenetur is, inquit, cum
opera, dolo, malo, quo armati homines
telis, lapidibusq; in urbe ſint, com-
muniq; aduersus rempublicam, homi-
nesue ad ſeditionem conuocentur, nec
vilibi frequentius, quām ad legem
maiestatis doli mali fit mentio vnde
& Tuscus verbo ſeditio, conclus.
98. ſeditio, inquit, eſt quando qui
tractat facere proditionem, & noui-
tatem contra publicum, & cum fa-
tam ciuitatis alicuius, preter Romanam:
vel facere guerram, vel quid simile, mo-
unda cogitatione, ſed perueniendo ad
aliquem actum, puta faciendo conuoca-
tiuum.